



MEDICAMEN- TORVM OFFICINIS

Pharmaceuticis Reip. Augu-
stanae vſitatorum.

CLASSIS SEXTA.

PILVLARVM COM-
positiones, ac vires ex-
hibens.



PILVLÆ DE AGA-
rico, Mesuæ.

Agarici drachmas tres.

Iridis,

Marrubij ana. drach. vnam.

Turbith darchmas quinq;

Specierum Hieræ picræ Galeni drachmas
quatuor.

Colo-

Colocyuthidos,
 Sarcocollæ. ana. drachmas duas.
 Myrrhæ drachmam vnam.
 Sapæ quantum satis est.
 Fiat Massa.

T Horacem à pituita putri & crassa repurgant,
 ob id antiquæ tussi & Asthmæ, aliq. tho-
 racis vitiiis à crassis ac pituitosis humoribus ortis
 auxiliantur.

A Garicus in Compositionibus Pilularum à
 nobis semper sumitur Trochiscatus: Tro-
 chisci itidem, Alhandal pro Colocythide à
 nobis substituuntur, prout in Annotationibus
 ad Hieram Logadij monuimus.

PILVLÆ AGGREGATI- uæ Majores, Me- suæ.

✱ Myrobalanorum Citrinorum, Rhabarbari.
 ana. drachmas quatuor.
 Succorum inspissatorum Eupatorii, id
 est, Agerati. Absinthii. ana. drach-
 mastres.
 Diagyridij drachmas sex.
 Myrobalan. Chebulorum, Indonorum,
 Agarici,

Colo-

Colocynthidos,
 Polypodii. ana. drach. duas.
 Turbith,
 Aloës. ana. drachmas sex.
 Mastiches,
 Rosarum,
 Salis Gemmæ,
 Epithymi,
 Anisi,
 Zingiberis. ana. drach. vnam,
 Electuarii Rosati Mesuæ. vnciam, aut Syru-
 pi Rosati sol. & Elect. Rosati partes æ-
 quales.

Polychresta catapotia dicuntur, quòd ad mul-
 tos affectus corporis præter naturam sint viti-
 lia, ac omnes humores purgent. Ad varios e-
 nim capitis, ventriculi, jecorisq; affectus sunt ef-
 ficaces, nam purgant ex iis, & sensoris pituitiam
 & bilem utramq;. Quapropter ad diurnas fe-
 bres & complicatas, vitia capitis, ventriculi, ac
 jecoris plurimum faciunt.

Quidam Diagrydii drachmas tantummo-
 dò quinq; legunt, potior tamen Medico-
 rum pars sex drachmas adscripsit.

**PILVLÆ AGGREGATI-
 uæ Minores, Mesuæ.**

Myro-

- Myrobal. Citrinorum,
 Indorum,
 Emblicorum. ana. drachmas tres.
 Mastiches,
 Anisi,
 Succorum inspissatorum
 Eupatorii, seu Agerati,
 Absinthij,
 Rosarum. ana. drachmas duas.
 Rhabarbari drachmas quinque;
 Specierum Hieræ picæ Galeni drachmas
 duodecim.
 Cum succo Apij formetur Massa.

*P*linitam & bilem viramq; à ventriculo &
 capite purgant, obstructions hepatis libe-
 rant, ipsumq; cum ventriculo roborant. Febres
 antiquas, pruritus, & ulcera maligna juuant.

PILVLÆ ALEPHANGI- næ, seu Aromaticæ, .

Mesuaæ.

- Cinamomi,
 Cubebarum,
 Ligni Aloës,
 Calami Aromatici,
 Nucis Moschatæ,
 Macis,

Car-

Cardamomi,
Caryophyllorum,
Radicum Asari,
Mastiches,
Schœnanthus,
Spica Indica,
Carpobalsami (aut Galangæ) ana. vnciam
vnam.

Abfinthij sicci,

Rosarum rubearum. ana. drachmas quinq;.
Crassiusculè contusa infundantur, in aquæ
libris duodecim: coquantur lento igne in du-
plici vase, ad duarum partium consumptio-
nem, id est, ad remanentiam tertiæ partis, de-
indè exprimantur fortitè, & colentur. In co-
laturæ libris duabus dissolue Aloës Soccotri-
næ multoties in vitreo vase cum aquâ pluuiâ
elotæ & siccata librâ vnâ. Agitentur continuè
in solè, vel loco calido: deindè addè pulueris

Myrrhæ,

Mastiches. ana. drachmas quinq;.

Croci drachmas tres.

Residuum colati decocti ex Aromatibus affun-
dito, & exiccetur ad solem, seu in loco cali-
do, admiscendo subindè quod densatum est
liquido: & linteo puro vas contegatur aduer-
sus incidèrium muscarum & sordium injurias;
atque ita reponatur Massa.

Cor-

Conficiantur hæ Pilulæ Mens. Maio, Iunio, aut Iulio.

Ventriculum, cerebrum, & sensoria omnia ab humoribus crassis, putribus, & pituitosis mundificant, ac inde natos dolores tollunt. Stomachi robur augent, coctionem promouent, appetitum instaurant, cruditates abolent ac nutritorias partes plerasq; à noxiorum humorum frigidiorum præsertim accumulatione tuentur.

Medicamentum hoc, quod Mesuæ à Lamponē Pelusiota mutuatus esse videtur, ut apparet ex Galeno lib. 8. de Comp. Med. secund. loc. cap. 2. utpotè quod cum Hieracii Lamponis ferè concordet, ab Auctore potius ad corroborandum ventriculum & cerebrum, quam alium ducendam est institutum, unde Aloë toties lotam ad eius Compositionem requirit. Insignes id porrò vires obtinet, ac communiter in Pilulas efformatum porrigitur. Dicuntur autem hæ Pilulæ Aromaticæ, eo quod multis constent Aromatibus, itemq; Pilulæ Solis, quod in sole seu insolando perficiantur.

Cum Aromatum vis cocturâ faciliè euanescat, ideò nostri Pharmacopœi aliam Compositionis formulâ nobis hætenus vsitatam nostro hortatu imposterum quoq; sequuntur. Aromat-

romatum enim medietatem crasso modo tritam aequè puræ libris octo ad dimidiâs incoquant, cuius colati medietati, seu libris duab⁹ Aloën prius debito modo elotam & siccitam lege artis diligenter indūt: residuis porro duabus libris tenuissimos pulveres Myrrhæ, Mastiches, & Croci admiscunt, atq; his cum Aloë prædicta coniunctis reliquam Aromatum medietatem subtilissimè tritam superaddunt, & sic omnia permiscendo ac exiccando in Massam cogunt vsui reservandam.

Easdem ferè vires obtinent, aut saltem modo dictarum Pilularum vires emulantur Pilule illæ sine cura dictæ, Clarissimi quondam Viri D.D. Cyriaci Weberi quarum descriptio hæc est.

R Xyllocassia,

Cinamomi acuti,

Nucis Moschatæ,

Mastiches electæ,

Cubebæ,

Ligni Aloës,

Liquiritiæ. ana. drachmam vnam.

Rosarum rubearum drachmas duas.

Rhabarbari optimi drachmam vnam semis.

Spicæ Indicæ drachmam semis.

Aloës succo Rosarum loræ vncias tres.

Redigantur in Massam Pilularem.

R

PILV.

PILVLÆ DE ALOE

lota, incerti Autoris.

✻ Aloës cum Succo Rosarum lotæ vnciam vnam.

Agarici Trochiscati drachmas tres,

Mastiche drachmas duas.

Specierum Diamoschi dulcis drachmam semis.

Cum Vino Chio, vulgò Maluatico ex Candia, fingatur Massa,

V Entriculum, cerebrum, vterum, & alia viscera à putridis humoribus expurgant, concoctionem augent, ac pituitam stomacho insarctam siccando tergendog, elidunt.

PILVLÆ DE ALOE

Rosata.

✻ Aloës Rosatæ optimæ & pellucidæ vnciam vnam.

Cum vino formentur Pilulæ pro drachmâ, quot volēs.

M Inus quidem purgant, magis tamen roborant. Cruditates absumunt, adstrictam aluum solvunt, ac humorum putredinem arcent.

PILV.

PILVLÆ DE ALOE ET mastiche, Nicolai My- repsi.

Aloës vnciam vnam,
 Mastiches vnciam semis.
 Caryophyllorum,
 Rosarum rubrarum. ana. drachmam v.
 Croci, (nam.
 Diagrydij ana scrupulos duos.
 Cum succo Fœniculi aut absinthij formetur.
 Massa.

*Ventriculum sine molestia repurgant, ex eo-
 q; bilem & pituitam eliciunt, ac nutriti-
 nis partibus robur præstant.*

PILVLÆ ARABICÆ, Nicolai.

Aloës optimæ vncias duas.
 Radicis Bryoniæ,
 Myrobal. Chebulorum,
 Indorum,
 Belliricorum,
 Emblicorum,
 Citrinorum,
 Mastiches,
 Diagrydi,
 Asari,

R 1

Rosa

Rosarum. ana. vnciam semis.

Castorei drachmam vnam semis.

Croci drachmam semis.

Succi Foeniculi quantum satis est.

Formerur Massa.

O Mnes humores mirificè purgant: letitiam generant, tristitiamq; depellunt, mentis vigorem conseruant, visum acunt, auditum amissum reparant, memoriam firman: vertigini, he-micrania: ac dolori capitis succurrant.

PILVLÆ ARTHRITI- cæ Nicolai.

✱ Hermodactylorum,

Turbith,

Agarici. ana drachmas duas.

Castiæ lignæ veræ,

Spicæ Indicæ,

Xylobalsami, seu Ligni Aloës,

Carpobalsami, vel Cubebarum,

Galangæ,

Caryophyllorum,

Macis,

Asæfoetidæ,

Zingiberis,

Mastiches,

Sem. Foeniculi.

Anisi,

Saxi-

Saxifragiæ,

Asparagi,

Rusci,

Milij solis,

Rosarum,

Salis Gemmæ ana. grana quindecim.

Diagrydij vnciam semis.

Aloës optimæ ad pondus omnium, id est,
drachmas quatuordecim semis.

Succi Fœniculi quantum sufficit.

Fiat Massa.

AD Arthriticos dolores & Podagra insultus,
nec non frigidorum humorum in articulos
procubitum, aut defluxiones adhibentur: earum
tamen usus ferè euiluit.

HÆc Compositio ex Nicolai Antidotario
desumpta aliter à plerisq; descripta pro-
stat. Nonnulli enim Galangam, Macem, Asam,
imò & Scammonium seu Diagrydium omit-
tunt: alij pro Asa fœtida Asarum, aut Piper
longum substituunt; verùm quia sic nobis
hucusq; vsui fuit, eā haud inmutandā censuim⁹.

*Notandum ex Asparagi & Rusci Seminibus Pul-
pam solum carnosam abiectis corneis granis in
meditullio contentis sumi debere, cum in iis vix
ulla vis huc expetita resideat.*

R 3

PILV.

PILVLÆ ASSAIERET, AVICENNÆ.

Specierum Hieræ picræ Galeni drachmas
quatuor.

Mastiches,

Myrobalanorum Citrinorum. ana. drach-
mas duas.

Aloës optimæ vnciam vnam.

Cum Syrupo de Stœchade, aut aquâ Majora-
næ formentur Pilulæ.

Bilem flauam & pituitam modeste purgant, e-
am præsertim quæ ventriculo insidet, ideoq̃
ventriculi affectibus quibus Hieræ remedio esse
solet, & capitis doloribus à vitiosis stomachi suc-
cis obortis auxiliantur. Propinantur in tenui-
bus & acris capitis fluxionibus, vt liquidam
materiâ facile decumbentem sistant. Descri-
buntur ab Avicenna. Fen. i. lib. 3. cap. 29.

PILVLÆ AVREÆ, Nicolai.

Aloës,

Diagrydij ana drachmas quinque.

Rosarum rubearum,

Sem. Apij. ana. drachmas duas semis.

Sem. Anisi,

Fœniculi. ana. drachmam vnam semis.

Masti-

Mastiche,

Pulpa Colocynthidos,

Croci. ana. drachmam vnam.

Mucilaginis. Tragacanthæ, aut Mellis Rosati solutiui quantum satis est.

Fiat Massa.

C Aput expurgant, sensus omnes, præcipue oculorum aciem ex acunt: flatus ventriculi & intestinorum dissolunt, ac citra molestiam aluum deiciunt. Ad stomachicos, Colicos, Nephricos, & inflatos valde probantur.

C Larissimus D. D. Hieronymus Metcurialis Mel Rosatū mucilagini Tragacanthæ præferbat, cui⁹ opinioni & nos subscribimus.

PILVLE DE BDELLIO Majores, Mesuæ.

* Bdellij drachmas duodecim.

Myrobal. Chebulorum,

Indorum,

Belliricorum,

Emblicorum,

Concharum Venerearum vstarum,

Charabe. ana. drachmas duas semis.

Ammeos parum tosti drachmas tres.

Maceretur Bdellium in succo Miorum Porri, & formetur Massa.

R 4

Ad

A *Dfluxum Hemorrhoidum, & ulcera ex eis
provenientia, nec non Menses immodicos
utiliter exhibentur.*

C *Oncha Venerea describitur & depingitur
à Gesnero de crustatis ordine xv. fol. 254.
Tota intus candida est, foris varietate colorum
& macularum inspersarum insignis, auribus
adhibita resonantis aquæ specië aliquam præ
se fert: cortex ei levis, adeo ut mulieres orna-
menta quædam sua linea in amylo, aqua multa
diluto tincta, deinde exiccata poliant, adeo ut
splendeant. Unde Germanis Gletmuschlen
dicuntur. Italis & Gallis Porcellana nomi-
negeneris. Vide Gesnerum.*

PILVLÆ DE BE- nedicta,

*Fiunt ex Speciebus Benedictæ laxatiuæ incor-
poratis cum Melle Rosaceo.*

H *Uiores pituitosos potissimum ad articulos
decumbentes eliciunt, à renibus quoq. &
vesica purgant.*

PILVLÆ DE CASTO- reo, Auicennæ.

*By Castorei.
Doronici,*

Zedoariæ,

Zedoariæ,
 Nucis Moschatæ ana. drachmam vnam.
 Sem. Apii,
 Anethi.
 Margaritarum, ana. scrupulos quatuor.
 Hyoscyami grana tria.
 Formetur Massa cum aquâ Artemisiæ.

VTerinis doloribus hæc Pilula conferunt, trans-
 sos flatus dissipant, ac impeditas menstruas
 purgationes eliciunt.

PRO DORONICO Galangam cum corticum
 Citri parte nonnulli substituunt, eò quod
 auctorum quorundam diuersa opinio veneni
 suspitione id apud plerosq; infame reddiderit:
 id enim ab aliquibus inter Aconita repositum
 ac toxicis annumeratum, proq; deleterio pas-
 sim habitum & proclamatum à Medicamen-
 torum compositionibus aliquantispèr exulare
 coactum fuit. Veruntamen doctissimorum,
 & in re Medica versatissimorum Virorum gra-
 uia testimonia, quin imò & vsus ipse Doronici
 nostri vulgaris Germanico idiomate *Gemsen-
 wurz* dicti innocentiam detexit: quo argumē-
 to Collegium nostrum permotum, quod pro
 eo Zedoariam quandam substituebat. Doro-
 nicum hoc tanquam postliminio reuocatum,
 in Medicum vsum reassumpsit ac cooptauit.
 Nobis autem hoc loco nec de Arabum Doro-

R 5

nico

nico, quoniam eo caremus, nec de Aconito
Pardalianches sermo est, sed de Germanico il-
lo ac vulgari Doronico nostratibus hoc no-
mine cognito Radicula est prædulcis, acrimo-
nia tamen carens, rotundiuscula, interdum
quoq; oblonga, geniculatis propaginibus sibi
cohærens, folio ferè Cucumeris, verum mino-
ri ac molliori, florem gerens Citrinum, Chry-
santhemi flori haud absimilem. Adfertur ad
nos ex vicinis alpibus, in iis enim copiosè pro-
uenit: radices ipsæ Scorpii figuram nonnun-
quam repræsentant.

PILVLÆ COCHIÆ,

Rhasis.

Specierum Hieræ picræ Rhasis drachmas
decem.

Pulpæ Colocynthidos drachmas tres, scru-
pulum vnum.

Diagrydii drachmas duas semis.

Stoechados,

Turbith ana. drach. quinque.

Syrupi de Stoechade quantum satis est.

Fiat Massa.

Cephalicæ rectè dicuntur, èò quod caput ma-
gna efficacia expurgent ideoq; à nervis cras-
sos, pituitosos, & frigidos humores euacuent. De-
scribuntur à Rhase. 9. ad Almanforem cap. 1.

HIE-

HIERA PICRA,

Rhafis.

✱ Rosarum rubearum,
 Spicæ Indicæ,
 Mastiches,
 Xylobalsami,
 Carpobalsami,
 Cinamomi,
 Xylocassia veræ.

Rad. Afari ana. scrupulum vnum, grana sex.
 Aloes drachmas sex, scrupulos duos.

Terantur exactissimè, & per cribrum decussa
 in vsum seponantur.

Differt ab Hierâ Galeni hac tantum ratione
 quod in hoc loco Croci ponantur Rosæ.
 Pro Xylobalsamo substituimus lignum Aloes:
 alii Macis & Cyperi ana. partes æquales, id est,
 singulorum scrupulum dimidium, & grana
 tria. Pro Carpobalsamo assumimus Cubebas.

Pro Xylocassia, Cassiam ligneam veram,
 quam autor nomine Xylocassia intelligit, quæ
 si defuerit, substituatur odoratissimum & acu-
 tissimum Cinamomum.

*Pilula Cochis Rhafis eum Pilulis Cochis à Ga-
 leno lib. 5. Methodi cap. 14. in cura catarrhi salsi
 descriptis ferè concordant. Galenica descriptio sic
 sese habet.*

✱ Aloes

℞ Aloës drachmas tres.
Agarici drachmam vnam.
Colocynthidos drachmam semis.
Diagrydii scrupulum vnum.
Bdellii scrupulos duos.
Tragacanthæ,
Gummi Arabici. ana. grana quindecim,
Excipiuntur Syrupo Stœchadite, & in Massam
coguntur.

PILVLÆ DE COLO- cynthide, seu Ioann. Da- masceni.

℞ Pulpæ Colocynthidos drachmas sex.
Myrobalan. Indorum,
Citrinorum,
Sagapeni,
Bdellii,
Sarcocollæ. ana. drachmas quinque.
Aloës drachmas septem.
Nigellæ,
Cumini Carmeni Orientalis,
Origani Cretici,
Nasturtii albi fatiui,
Salis Gemmæ,
Absinthii Romani. ana. drachmam vnam.

Succi

Succi Porri quantum satis est.

Fiat Massa.

Articularum doloribus profunt, pituitosos quoq; & Melancholicos affectus profligant, unde etiam Alphos curatu difficiles ad sanitatem perducunt: cautè tamen iis utendum, magna enim Colocynthis quantitas compositionem hanc ingreditur, unde ad alias solum Pilulas acuendas quandoq; adhibentur.

Pro Colocynthide (prout, antehac monuimus) quotiescunq; hæc in Compositionibus occurrit, sumendi sunt semper Trochisci Alhandali.

Lacryma, seu Gummata ad constitutionem harum Pilularum requisita in succo Porri seorsim dissoluantur, ac tum demum reliquis Speciebus addantur, & cum additione sufficientis quantitatis succi Porri iam dicti lege artis in Massam cogantur.

PILVLÆ DE CYNO-

glossa, Nicolai Præ-
positi.

* Rad. Cynoglossi aridi,
Sem. Hyoscyami albi,
Opii ana. vnciam semie.

Myrrhæ

Myrrhæ drachmas sex.

Thuris drachmas quinque.

Caryophyllorum,

Cinamomi,

Styracis Calamitæ ana. drachmas duas.

Cum aquâ Rosarum formetur Massa.

Catarrhos tenues sistunt, ac tussim inde
nata sedant: omnibus quoque destillatio-
num morbis, siue in thoracem fluxio feratur, siue
in pulmones, dentes, aut aliò procumbat, conse-
runt, Somnum conciliant, ac omnis generis dolo-
res placant.

Quidam ad cogendam Massam succû Cy-
noglossæ, aut Syrupum Violarum, ne ci-
tius hæc exarescat, aquæ Rosarum præferunt,
quod nobis quoque consultius esse visum fuit.

*Pilulis istis Benedictus Faentinus, Medicus Bo-
noniensis celeberrimus, in Catarrho salso magno
successu cum succo Glycyrrhizæ & Aloë lota se-
cundum hanc descriptionem utebatur.*

℞ Succu Glycyrrhizæ drachmas duas.

Aloes lotæ drachmam vnam.

Pilul. de Cynoglossa drachmam semis.

Cum Syrupo Violario fiat Massa.

*Exhiberi possunt scrupuli pondere pro vice, pri-
ores verò Nicolai, viæ grana sex aut septem pro
dosi admittunt.*

admixta:

PIL V.

PILLVÆ DE EVPATO- rio maiores Mesuæ.

Myrobalanorum Citrinorum,
Succorum inspissatorum Eupatorii Mesuæ,
seu Agerati, Absinthii. ana. drachmas
tres.

Rhabarbari drachmas tres semis.

Mastiches drachmam vnam.

Croci drachmam semis.

Aloes drachmas quinque.

Succi Endiuivæ quantum satis est.

Fiat Massa.

Viscerum obstructionibus ac Ictero medentur,
febris Periodicis, complexis, autumnalibus,
diuturnis & antiquis peritiles: lienis &
hecoris obstructiones referant. Biliosos, tennes ac
crassos humores educunt.

PILLVÆ DE EVPHOR- bio, Mesuæ.

Euphorbii,

Colocynthidos,

Agarici,

Bdellii,

Sagapeni. ana. drach. duas.

Aloes drachmas quinque.

Cum succo Porri fiat Massa.

Pitui-

Pluitam crassam è partibus remotissimis potentissimè educunt: nervorum item resolutioni, siderationi, Paralyse, articulorum malis à nimia humiditate profectis, ac Hydropicis conferunt, lumborum quoq; doloribus, Ischiadi, & Podagra à frigidis ac pituitosis humoribus orta opitulantur; sed in morbis tantum contumacibus usurpande, nec nisi robustis exhibende.

Modus componendi hic est: vt Euphorbium accuratè tritum cum Agarico trochiscato & Trochiscis Alhandali in puluerem redactis, Gummis vino prius dissolutis iungatur, cum quibus in mortario tepesfacto pistillo calido tamdiu subigatur, donec in Massam coeant: cui Aloës vnà cum sufficiente quantitate succi Porri addita permisceatur, ac probe sic cuncta simul vnita Pilularis pastæ formam lege arris adipiscantur.

PILVLÆ FOETIDÆ maiores, Mesuæ.

✶ Sagapeni,
Amoniacy,
Opopanacis,
Bdellii,
Colocynthidos,

Harmel,

Harmel, seu Seminis Rutæ agrestis, vel hor-
tenſis ſiccæ,

Aloës,

Epithymi. ana. drach. quinque.

Hermodaſtylorum,

Eſulæ præparatæ. ana. drachmas duas.

Scammonii drachmas tres.

Cinamomi,

Spicæ Indiæ,

Croci,

Caſtorii. ana. drachmam vnam.

Turbith drachmas quatuor.

Zingiberis drachmam vnam ſemis.

Euphorbii ſcrupulos duos,

Succi Porri depurati quantum ſatis eſt.

Fiat Maſſa.

Plurimam craſſam, lentam, ac tenacem eua-
cuant, ob id affectibus inde natis Arthritidi,
Podagræ, Gonagræ, Spina quoq. ac iuncturarum,
nec nō ventriculi & coli dolorib⁹ proſunt. Alphos.
Elephantiaſim, & cutis vitia emendant, Men-
ſes mouent, ac impurum uteri muccum emun-
gunt. Cum autē ſint admodū valentes ob effræ-
eorum vim cōſideratē eorum, uſus ineundus erit,
vnde in morborum principiis crudā adhuc exi-
ſtente materiā vix vnquam, nec niſi robuſtis ex-
hibende: purgantium enim vis minimē in iis ſup-
preſſa nō modo ſuſpectas, verū etiam parū tu-
tas eas reddit.

S

Nota:

NOta: Lachrymæ, seu Gummi in succo Porri calefacto soluantur, quibus abhinc Euphorbium per se tritum vnâ cum ceteris addatur, vt lege artis in pastam Pilularem abeant.

PILVLÆ DE FVM MARIA, Auicennæ.

✱ Myrobal. Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum ana. drachmas quinque.
Aloës drachmas septem.
Scammonii drach. quinque.
Succi Fumiterræ quantum satis est.

Omnia in puluerem redacta succo Fumiterræ iam dicto comprehendito, siccariq; postea finito: dehinc rursus trita nouo succo excipito, rursusq; siccato, & sic tertium iterato, ac postmodum in Massam formato.

Pluitam salsam, biliosos itidem, acres ac adustos humores à quibus pruritus & scabies oriuntur, solvunt, & sanguinem mundificant. Describuntur ab Auicenna lib. 4. Fen. 7. cap. 7. in cura pruritus & scabiei.

PILVLÆ DE HERMODACTYLIS maiores, Mesuæ.

✱ Hermodactylorum,

Myro-

Myrobalanorum Citrinorum,

Aloës,

Turbith,

Colocynthis,

Bdellii mollis,

Sagapeni.ana.drachmas sex.

Castorii,

Sarcocollæ,

Euphorbii,

Opopanacis;

Sem. Rutæ sylvestris, vel sativæ,

Apii.ana.drachmas tres.

Croci drachmam vnam semis.

Succi Brassicæ . siue Caulium quantum satis
est.

Formetur Massa.

Cassos, viscidos, & frigidos humores ex remotissimis partibus educunt; quo nomine articulariis morbis & Arthritidi conveniunt.

Modus confectionis est: vt liquores concreti, seu Gummata in succo calefacto Brassicæ siue Caulium dissolvantur, atque his per setaceum traiectis Euphorbium & Castorium simul trita iungantur: his deinde addantur reliqua, & cum sufficiente quantitate succi Brassicæ vel Caulium iam dicti prius diligenter depurati fiat Massa.

S 2

Her

Hermodactylorum bulbi veri eligendi sunt, qui resiccati ad nos feruntur, albedi non rugosi, modicè duri, qui contusi in candidum puluerem abeant. Cauendum Colchicum strangulatorium, cuius radices seu bulbi siccati rugosi euadunt, & foris intusq; nigricant, vel obscure rubescunt.

QVIDAM SIMPLICIJS sic componunt.

- ℞ Hermodactylorum benè purgatorum &
puluerisatorum,
Diagrydii. ana. drachmas decem.
Cumini,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Costi ana. drachmas quinque.
Aloës Hepaticæ drachmas tres.

Fiat Massa cum aqua Fœniculi.

Pilula hæ non minoris sunt efficaciæ quàm priores, quarum descriptionem Clarissimus Vir D. D. Georg. Henischiuss Collega noster honorandus fidelissimè nobis communicauit.

PILVLÆ DE HIERA Picra, Galeni.

- ℞ Specierum Hieræ picræ Galeni vncias
duas.

Mellis

Mellis Rosati quantum satis est.

Fiat Massa.

Ventriculi noxis, ex humoribus biliosis & pituitosis natas, profunt.

PILVLÆ DE HIERA

cum Agarico.

R Specierum Hieræ Picræ Galeni,

Agarici Trochiscati ana. vnciam semis.

Aloës vnciam vnam.

Mellis Rosati quantum satis est.

Fingatur Massa.

Stomachicis, Asthmaticis, aliisq; ventriculi & thoracis vitis à crassis & pituitosis humoribus ortis subueniunt.

PILVLÆ DE HIERA

composita, Nicolai My-

repsi.

R Cinamomi,

Spicæ Indicæ,

Croci,

Schoenanthus,

Xylocassia, seu Cinamomi acutissimi,

Xylobalsami, seu Macis & Cyperi ana. partes æquales.

Carpobalsami, aut Cubebarum,

Violarum,

S 3

Rad.

Rad. Afari,
 Absinthii,
 Epithymi,
 Agarici,
 Rosarum,
 Turbith,
 Colocynthidos,
 Mastiches. ana. scrupulos duos.
 Aloës optimæ ad pondus omnium, hoc est,
 drachmas decem, scrupulos duos.
 Fiat Massa cum aquâ Endiuivæ.

Capitis & nervorum vitiis à pituitosis humoribus natis opem ferunt, ac noxios ventriculi humores, frigidos præsertim & tenaces exturbant.

Quidam pro Xylobalsamo Lignum Aloës substituunt, quod nec nos improbamus, ut qui in Hiera picra Galeni id ipsum pro Xylobalsamo subrogemus.

PILVLÆ HYDROTICÆ,

✱ Aloës electæ,
 Diagrydii,
 Caryophyllorum. ana. scrupulos duos
 semis,
 Colocynthidis,
 Foliorum Senæ,

Gummi

Gummi Arabici. ana. scrupulum. vnum,
grana quinque.
Euphorbii præparati,
Nucis Moschatæ. ana. grana quindecim.
Succi cort. mediani Sambuci & Absinthii.
ana. quantum satis est.
Fiat Massa.

Hydricorum aquas, ac tenue serum eua-
cuant. Earum descriptio à Clarissimo D.D.
Tobia Cneulino Collega quondam nostro commu-
nicata, nobis hucusq. inseruit, modernis quoq.
Medicis eius vestigia sectantibus plusquam fa-
miliaris.

PILVLÆ IMPERIALES, incerti Autoris.

℞ Cinamomi.

Amomi, aut Calami Aromatici,

Anisi,

Mastiches,

Cardamomi minoris,

Zingiberis,

Zedoariæ,

Macis,

Nucis Moschatæ,

Caryophyllorum,

Croci,

Cubebærum,
 Ligni Aloes,
 Turbith,
 Tereniabin, seu Mannæ,
 Agarici,
 Foliorum Senæ,
 Spicæ Indicæ,
 Myrobal. Chebulorum.

Indorum,
 Belliricorum,
 Emblicorum,

Citrinorum. ana. scrupulum vnum.

Rhabarbari vnciam vnam.

Aloes vncias duas.

Cum Syrupo Rosaceo, aut Violaceo fingatur
 Massa.

PArum admodum purgant, sed plurimum ro-
 borant, Ventriculū, & omnia viscera re-
 frigerata calefaciunt, ac conseruant: facultatis
 naturalis robur tuentur & augent, ac sangui-
 nem spiritusq; purificant.

PILVLÆ INDÆ HALY ex Mesuæ.

R Myrobalanorum Indorum,
 Hellebori nigri præparati,
 Polypodii, ana. drach. quinque.

Epi-

Stœchados. ana. drach. sex.

Agarici,

Lapidis Lazuli loti,

Colocynthidos,

Salis Indi aut Gemmei ana. drachmas

quatuor,

Succi Eupatorii inspissati,

Spicæ Indicæ. ana. drach. duas.

Caryophyllorum drachmam vnam.

Hieræ Picræ Galeni drachmas duodecim.

Fiat Massa cum succo Apij.

Perutiles sunt ad Cancrum, Elephantiasm.,
Alphos nigros curatu difficiles, & aduersus
complura alia vitia ab humore Melancholico
procreata, unde etiam Melancholiam indeq;
natum inanem metum, mœstitiam, ac timorem
propulsant. Quartanariis, & Ictero nigro se-
datis auxilio sunt, lienis quoq; tumorem ac dolo-
rem auferunt.

Hellebori & Lapidis Cyanei præparatio
suo loco, vbi de Simplicium præparati-
one agetur, requirenda.

PILVLÆ DE LAPIDE

Lazuli siue cyaneo, Me-

suæ.

℞ Lapidis Lazuli abluti drachmas sex.

℞ Epi

Epithymi,
 Polypodij. ana. drach. octo.
 Scammonij præparati,
 Hellebori nigri præparati.
 Salis Gemmæ. ana. drachmas duas semis.
 Agarici drachmas octo.
 Caryophyllorum,
 Anisi. ana. drach. quatuor.
 Specierum Hieræ picræ Galeni drachmas
 quindecim.
 Succi Endiuivæ quantum satis est.
 Formetur Massa-

Vitia ex *Melancholico & adusto humore
 nata, Cancrum nimirum, Elephantiasim,
 & Quartanam* profligant. Arquato conferunt,
lienis obstructions, infarctus, tumoresq; resoluunt,

PILVLÆ LVCIS MA- jores seu opticae, Me- lux.

℞ Rosarum,
 Violarum,
 Absinthij,
 Colocynthidos,
 Turbith.
 Cubebarum,
 Calami Aromatici,
 Nucis Moschatæ,

Spi-

Spicæ Indicæ,
Epithymi,
Carpobalsami,
Xylobalsami,
Sem. Seseleos, id est, Sileris.

Montani,

Rutæ,

Anisi,

Fœniculi,

Apij,

Schoenanthus,

Mastiches,

Rad. Afari,

Caryophyllorum,

Cinamomi,

Cassia lignæ veræ,

Croci,

Macis. ana. scrupulum vnum.

Myrobal. Chebulorum,

Citrinorum,

Indorum,

Belliricorum,

Emblicorum,

Rhabarbari. ana. scrup. duos.

Agarici,

Senæ. ana. scrupul. duos semis.

Euphrasiæ drachmam vnam.

Aloës

Aloës Soccotrinæ ad pondus omnium,
id est, vnciam vnā semis, drachmas
tres,

Excipe succo, aut aquā Fœniculi & formetur
Massa.

Excrementa pituitosa è cerebro & oculis eua-
cuant: visum conseruant & firman, nervos
opticos abstructione viscidī humoris liberant, ac
ob id oculorum aciem intendunt.

PRO Carpobalsamo cum alioquin Cubebæ
substituuntur, hæ autem per se compo-
sitionem hanc ingrediatur, opportunè hic Car-
damomum minus accipi poterit: Xylobalsa-
mi verò locum Lignum Aloës, aut Cyperus
supplebit.

PILVLÆ MASTICHINÆ Conciliatoris, siue Petri Aponensis.

℞ Mastiches drachmas quatuor, Agarici opti-
mi drachmas iij.

Aloës electæ drachmas decem. Agaricus
infundatur per diem naturalem in Oxymelle
simplici: postea cum sufficienti quantitate
Mellis Rosati formetur Massa.

Ventriculum ab omni morbo frigido & hu-
mido preseruanti, eiusq; dolorem à frigida
cau-

causa ortum tollunt. Cerebrum quoque, oculos, & reliqua viscera à noxiis succis sana præstant, præcipue vero uterum à putridis humoribus liberant & tuentur, nec non alium modeste subducunt.

Nonnulli (vt Calestanus refert) Pilulas has magis efficaces reddere volentes addunt prædictis Rhabarbari selectissimi drach. duas, & loco Aloës Pilulas Alaphanginas recipiunt.

PILVLÆ DE MEZEREIO, Mesuæ, seu Ioan. Dama- sceni.

✥ Foliorum Mezerei aceto per noctem maceratorum, & siccatorum, drachmas quinque.

✥ Myrobal. Citrinorum, Chebulorum. ana. drachmas quatuor. Cum Mannâ vel Tamarindis aquâ Endiuiaë dissolutis formetur Massa.

Serosum excrementum, seu aquas valenter expurgant, ob id Hydropem Ascitem, & Anasarca iuuant.

PILVLÆ DE QVINQVE generib9, Myrobalanorum, Nicolai Alexandrini.

✥ Quinq;

☞ Quinq; generum Myrobalanorum,
 Agarici,
 Diagrydij,
 Colocynthidos,
 Senæ. ana. drach. duas semis.
 Epithymi,
 Turbith,
 Anisi,
 Marathri, seu Fœniculi,
 Mastiches,
 Lapidis Lazuli. ana. drachmam vnam, gra-
 tia sedecim.
 Rhabbarbari scrupulos quatuor.
 Aloës drachmas quatuor.
 Cum succo Fœniculi formerur Massa.

P *Ituitam, & bilem utramq; euacuant, Podagricos, Splenicos, Stomachicos, & Melancholicos iuuant: cerebrum purgant, visionem acutunt, sanguinemq; purificant.*

PILVLÆ DE NITRO A- lexandri Tralliani, Diacolo- cynthidos dictæ.

☞ Aloës,
 Colocynthidos,
 Scammonij,
 Bdellij,

Hel.

Hellebori nigri præparati,

Gummi Arabici, ana. drachmas duas.

Euphorbij præparati,

Nitri. ana. drachmam vnam.

Cum succo Brassicæ, & Melle cocto fiat Massa.

Pillule hæc (quas Alexander Trallianus sub nomine Pilularum Diacolocynthidos lib. 1. cap. 12. de Hemicraneâ describit) efficaces sunt ad crassos frigidos, lentos, & glutinosos humores & remorioribus partibus educendos: frigidis nervorum affectibus succurrunt, & humores ex alto euocant, quo nomine cerebri & capitis pertinacibus affectionibus, Articulariis morbis, Comitiali, ac resolutioni conueniunt. Eas Manardus lib. 13. epist. 6. in Epilepsia mirificè commendat. Stomachicis & Ischiadicis auxiliantur. Hiere vires equant Vertiginosos iuuant, pituita lentitūdine dissipant, vtramque bilem deturbant, unde earum usus celebris in humoribus adustis, & morbo Gallico, qui non nisi vitiosorum succorum pituita & Melancholia vehementi purgationi cedit. Vide Fœsi Pharmacopœiam fol. 240.

Monendi hic rursus Pharmacopœi, ut quotiescunq; vocabulum Colocynthidis in compositionibus occurrit, Trochiscos semper sumant Alhandali; Scammonij verò loco Diagrydium, seu Sammonium præparatum: simi-

similitèr etiam Helleborum & Euphorbium.
Medicamentis non indant, nisi lege artis præ-
parata hæc prius fuerint; quorum, prout & a-
liorum quorundam Pharmacorum Simplicium
correctionem loco ad id destinato perquire-
re licebit.

PILVLÆ DE OCTORE- bus seu octomeræ Nico- lai Præpositi.

℞ Aloës,
Diagrydij. ana. drach. duas,
Epithymi,
Colocynthidos,
Agarici,
Mastiches,
Dauci Cretici,
Myrobalanorum Chebulorum,
Absinthij. ana. drachmam vnam.
Cum succo Solani formetur Massa.

C *Rassos humores à capite purgant, visum
accutunt, & suffusiones oculorum arcent.*

A Loë in formandis Pilulis numerum non
tenet, vt neq; Mel neq; Saccharum in Ele-
ctuariis; aliàs ex nouem constarent rebus, pro-
ut Fœsius & Fuchsius notarunt.

PILV.

PILVLÆ DE OPOPA-
nace, Mesuæ,

• **R** Opopanacis,
Hermodactylorum,
Sagapeni,
Bdellij mollis,
Ammoniaci,
Colocynthidos. ana. drachmas quinq;
Croci,
Castorij,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Piperis nigri,
Longi,
Cassie lignæ,
Myrobal. Citrinorum,
Emblicorum,
Belliricorum. ana. drachmā vnā.
Scammonii drachmas duas
Turbith drachmas quatuor.
Aloës drachmas duodecim.

Infunde Lacrymas in aquā Caulium, & for-
ma in Massam.

Pituitam crassam, bilem, & Melancholiam à
cerebro nervosisq; partibus vacuant. Efficaces
sunt in articulorum doloribus à pituita creatis:
T reso-

resolutionem nervorum, & incontinentiam, Spas-
mum Cynicum, Gonagram, Podagram, articulo-
rum dolores, morbosq; partium nervosarum fri-
gidos leuant. Sunt tamen raro apud nos vsui,
cum aliis equipollentibus gaudeamus,

PILVLÆ PESTILEN- tiales Auicennæ, seu Com- munes.

℞ Aloës electæ vnciam vnam.

Myrrhæ,

Croci. ana. vnciam semis.

Confice cum vino claro odorifero.

A Duerfus pestifera luis contagiones popula-
riter grassantes miræ sunt efficacia: internas
putredines fugant, & humores ventriculo infar-
ctos extergunt, eorundemq; corruptionem pro-
hibent.

PILVLÆ PESTILEN- tiales, Ruffi.

℞ Aloës,

Ammoniaci. ana. vnciam vnam.

Myrrhæ vnciam semis.

Cum Succo Limonum fiat Massa.

Medicamentum hoc, cuius antiquissimus
ac famosus Medicus Ruffus inuentor ex-
titerit, petiitum est ex Paulo Ægineta lib. 2 cap. 36.
fuisse

fuisse tamen id Ruffi temporibus potionis forma
propinatum constat, quod componebatur ex A-
loës & Ammoniaci. ana. partibus duabus, &
Myrrha parte una, omnibus in sufficienti quan-
titate vini albi odoriferi dissolutis. Verum quia
amara nimis hac erat potio, ideo ut facilius Me-
dicamentum hoc assumeretur, posteritas id in Pi-
lularem formam non minorem effectum habitu-
ram effinxit.

Sunt qui Rhabarbarum, Agaricum, Bolum,
Terram Lemniam, & Theriacam addant, i-
deoq; valentiores putant; sed componendo-
rum pharmacorum modus est infinitus.

FLORENTINI SEQUEN- TI COMPOSITIONE V- TVNTVR.

℞ Myrrha,

Croci,

Boli Armeni,

Coralli rubei,

Charabe. ana drachmam unam.

Myrobalanorum Chebulorum drachmas duas.

Aloës drachmas septem,

Vini albi quantum satis est.

Fiat Massa.

PILVLÆ DE RHA- barbaro, Mesuæ.

T 2

℞ Rha-

℞ Rhabbarbari drachmas tres.

Succi Glycyrrhica,

Absinthij,

Mastiches. ana. drachmam vnam.

Myrobalanorum Citrinorum drachmas
tres semis.

Sem. Apij,

Fœniculi. ana. drachmam semis.

Trochisc. Diarhodon Rhasis drachmas tres
semis.

Specierum Hieræ picræ drachmas decem.

Succi Fœniculi, & Mellis. ana. quantum sa-
tis est.

Fiat Massa.

Humores educunt crassos, lentos, multum
putres, & inde ortas febres diuturnas, ac ex
aliis quoq; humoribus natas tollunt: jecoris item
dolorem, obstructionem, duritiem ac Hydropem
incipientem sanant. Manardus iis utebatur in
Tertianarum exitu, Musa in febribus pituiosis.
Vide Fœsum.

Succum Fœniculi cum Melle ad fingendam
Massam hic accipi jubemus, nam si ex aqua
(vt priora exemplaria habebant) formetur, fa-
cilè indurescit.

**PILVLÆ DESAGAPE-
no, Mesuæ.**

℞ Saga-

℞ Sagapeni,
 Ammoniacy,
 Opopanacy,
 Bdellij. ana. drach. duas semis.
 Sem. Apij,
 Ammeos,
 Anisi,
 Rutæ agrestis. ana. drachmam vnam.

Acori. seu Calami Aromatici;
 Lepidij, seu Iberidis,
 Calaminthæ,
 Folij, vel eius loco Spicæ Indicæ,
 Centaurij minoris,
 Polij,
 Costi, vel eius loco Zeddaræ aut Angelicæ,
 Salis Gemmæ, ana. drachmam semis.
 Colocynthidos drach. quinq;
 Aloës drachmas sex.

Excipiantur succo Porri, Marrubij, aut Matricariæ.

Fiat Massa.

AD Podagram, Ischiadem, & reliquorum
 Articulorum, quin imò & uteri dolorem fa-
 ciunt, Menses euocant: viscera emolliunt, eorum-
 demq; obstructions reserant, ac inuete-
 ratas splenis oppilationes
 tollunt.

T 3

Lo-

LEPIDIVM nostrum, Piperitis est, pro quo aliqui Cassiam ligneam substituunt.

PILVLÆ DE SARCOCOLLA, ME- SVÆ.

✶ Sarcocollæ drachmastres.

Turbith drachmas quatuor.

Colocynthidos,

Zingiberis. ana. drachmam vnam semis.

Salis Gemmæ drachmam vnam.

Aquæ Rosarum quantum satis.

Fiat Massa.

Pituitam lentam euacuant, atque ob id pituitosis affectibus plurimum commodant: earum tamen usus ferè euiluit, cum aliæ vſtatiores eundem effectum præstantes proſtent.

PILV-

PILVLÆ SINE QVI-
BVS ESSE NO-
lo, Nicolai.

℞ Aloës lotæ drachmas quatuorde-
cim,

Quinque generum Myrobalano-
rum,

Rhabbarbari,

Mastiches,

Abfinthij,

Rosarum,

Violarum,

Senæ,

Agarici,

Cuscutæ. ana. drachmam v-
nam.

Diagrydij drachmas sex se-
mis

Succi Fœniculi quantum Diagrydio per pan-
nū colando & cæteris, pulueribus comprehen-
dendis, ac in massam cogendis satis sit, quæ ma-

T4

nibus

nibus Oleo Violato, aut Amygdalino inunctis, pro artis præcepto formentur.

Efficacissima sunt hæc Pilule ad purgandos omnes humores partium superiorum: quæ nomine suffusionibus oculorum, caliginibus, ac visioni conferunt, aurium dolorem sanant, caputq; à pituitâ, bile flaua & atra mire purgant. Illicacos deniq; iuuant.

Hodie dexterius Pharmacopœi pulueres tritos cum succo Fœniculi miscent, adjecto sub finem Scaſmonio per se trito: alii Mel-le, cum quo succus Fœniculi sit consumptus, excipiunt.

PILVLÆ STOMACHICAÆ, Alkindi.

Myrobal. Citrinorum,

Indorum,

Chebulorum. ana. drach. tres.

Rosarum,

Mastiches. ana. drachmas duas.

Cardamomi,

Ligni Aloës,

Santali Citrini,

Cubebarum,

Caryophyllorum,

Schœnanthus,

Nucis Moschatae. ana. drachmam vnam.

Rha-

Rhabarbari vnciam semis.

Turbith drachmas septem.

Aloës ad pondus omnium.

Fiat Massa cum vino odorifero.

Biliosos ac pituitosos humores, eos praesertim qui caput, iecur, & ventriculum obsident, vacuant: praeterea ventriculum firmant, coctionem iuuant, & appetentiam excitant. Earum descriptio ex Auicenna lib. 5. petita, nostro quoque Antidotario in ornamentum cessit.

PILVLÆ TURBITH Aureæ, Mesuæ.

Turbith drachmas sedecim.

Aloës drachmas duodecim.

Myrobalanorum Citrinorum drachmas
decem.

Mastiches,

Rosarum. ana. drachmas septem.

Croci drachmas tres.

Cum succo Absinthii fiat Massa.

Stomachicis, Colicis, Nephriticis ac inflatis
profunt. Valentiores vero sunt propter magnam
Turbith copiam, attamen raro sunt vsui.

T S MEDI-